



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Aphorismi Confessariorvm Ex Doctorvm sententijs collecti**

**Sá, Manuel de**

**Coloniae, 1610**

Sacramentum

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41645**

## REVELATIO.

1. **R**euelationes probantur sapientium iudicio, sanctitate eorum quibus facte, veritate, & conformitate cum doctrina Catholica.

*Reus, vide Iudiciales actus.*

*Rex, vide Princeps.*

*Sacramentum, vide Confessor.*

1. **S**acramentum cum peccato mortali accipere, aut ministrare, mortale est: requiritur autem ad accipiendum contritio regulariter, & per se excepto Baptismo, & Pœnitentia: administrandum verò requiritur contritio, nisi quis baptizet in necessitate sine solemnitate, aut assistat vt Parochus matrimonio.

\* *Sot. d. 1 q. 5. art. 6. Syl. vers. Sacramentum, Tol. l. 1. c. 33. Naua. c. 22. nu. 3. Lopez p. 1 c. 10. Sua. 1. 3. q. 64. art. 6. D. Tho. ibid.*

Baptizet *3 Sot. l. c. in fine, Tol. l. c. Nau. l. c. videtur subditare.*

Assistat *3 Pet. Ledes. q. 42. art. 3. ad 3. Sanchez lib. 2. d. 6.*

2. Sacramenta accipienda à Pastore, quam diu toleratur, etiamsi sciatur esse irregularis, aut suspensus, aut excommunicatus, modo nõ sit denunciatus, aut notorius Clerici percussor. Illum verò subdito petenti ministrando peccare, quidam aiunt, alij negant, quod intel-

A a                      lige



lige si per ipsum non stet quominus absolua-  
tur, aut aliter subdito satisfacere nequeat.

\*Vide *Tol. l. c. c. 34. n. 4. Sot. d. 22. q. 1. ar. 4. &*  
*d. 1. l. c. Val. t. 4. d. 3.*

Aiunt *Tol. l. c. nu. 10. & c. 9. nu. 12. cum Nau. c.*  
*22. n. 4.*

Negant *Sot. d. 1. q. 5. ar. 6. & in 4. d. 22. q. 1. ar.*  
*4. col. 4.*

3 In articulo mortis licet accipere Baptismū,  
& Pœnitentiam etiam à nominatim excom-  
municato, etiam ab hæretico: & quouis tem-  
pore licet accipere ab eo qui non est denun-  
ciatus excommunicatus, aut notorius Cleri-  
ci percussor, quoduis Sacramentum, si non  
potes commodè ab alio habere, & tuæ neces-  
sitati, aut vtilitati spirituali prouidere.

\*Vide *Syl. l. c. & Tol. l. c. cap. 34.*

*Nau. c. 22. n. 4. Sot. d. 1. q. 5. ar. 6.*

De hæretico non concedit Syl.

4 Sacramenta omnia potest quisq; de Dico-  
cesi accipere in Cathedrali. *Vide glos. de offic.*  
*Archip. cap. 3.*

5 In Pascha potest quis accipere Sacramen-  
ta in Parochia, vbi tunc reperitur: imò quouis  
tēpore potest Parochus ministrare peregrinis.

\*Imò *Syl. vers. Sacerdos. §. 3.*

6 Cui generaliter committuntur omnia exer-  
cenda in Parochia, potest dare alteri Sacerdo-  
ti licentiam administrandi Sacramenta, ap-  
probato tamen ab Ordinario.

\*10.



\*Io. Med. q. 32. de confes.

7 Non debet Parochus aliquem priuare Sacramento, nisi ob peccatum notorium.

\*Vide *Sot. d. 12. q. 1. art. 6. d. 22. q. 1. art. 4. col. 4.*

8 Accedenti ad Sacramentum cum gratia, augetur gratia, etiam si accedat cum peccato veniali, et si id quidam negat.

\*Venialiter *Vide Eucharistia n. 22.*

9 In solo Baptismo, & Confirmatione est de essentia formæ: In nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti.

\**Sot. d. 24. q. 1. art. 2. quia in his solum fit fidei profess. c. multi de consecr. d. 4.*

10 Forma Sacramenti potest iterari, cum dubitatur an dicta sit.

\*Vide *Sot. d. 1. q. 1. art. col. 8.*

De absolutione sub conditione in *Caiet. V.*

*Absolutio c. 1. Fum. eod. nu. 6. Syl. eod. 1. nu. 1. Nau.*

*c. 26. nu. 12. Tol. lib. 3. nu. 12. Rodriquez. sufficit*

*autem conditionem mente retinere Med. lib.*

*2. c. 12. Instruct.*

Quidam Ignorantes matrimonium contrahentes in mortali peccato, ob ignorantiam excusantur à peccato mort. quia non sunt ministri consecrati. *Sanchez l. c. n. 4. Ledes. idem l. c. alij tamen contra sentiunt.*

## SACRA.

1. Sacræ vestes pollutæ luxuria, iterum benedicendæ.

\*Vide *Syl. vers. vestis. Grass. l. 2. c. 4. n. 7.*

Aa 2 2 Sa-